



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Specvlvm || Vitae aulicae**

**Schopper, Hartmann**

**Francof. Ad Moen., 1584**

**VD16 R 1015**

Capvt VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70432)



optimum & vtilem filium reliquisse satis claret. Denique aut sine liberis viri interierunt: aut tales habuere plerique, vt melius fuerit de rebus humanis sine posteritate discedere.

*Romulus.* Et vt ordiamur à Romulo, hic nihil liberorum reliquit. Nihil Numa Pompilius, quod vtile posset esse Reipubl. Quid Camillus? num in similes liberos habuit? Quid Scipio, cuius Ca- tones qui magni fuerunt? iam verò de i. me- ro, Demosthene, Vergilio, Crispo, Terentio, Plauto, Ouidio, cæterisque aliis quid loquar? quid de Cæsare? quid de Tullio? cui soli me- lius fuerat non habere. Quid de Augusto, qui nec adoptiuum bonum filium habuit: cum illi eligendi potestas fuisset ex omnibus. Fal- sus est etiam ipse Traianus in suo munice- ac nepote deligendo. Sed vt omittamus ado- ptiuos, veniamus ad genitos. Quid Marco felicius fuisset, si Commodum non reliquis- set hæredem? Quid Severo Septimio, si Bas- fianum nõ genuisset? hæc ille. Sic Demosthe- nes dicebat, à viris bonis quasi satis volenti- bus filios improbos nasci. Sed de his satis.

*Augustus  
nec adopti-  
uū bonum  
habuit fi-  
lium.*

## CAPVT VI.

## ARGVMENTVM.

*Turpianarratis commissi Greuinchius audit  
Vulpis, Et hæc memori singula corde notat,  
Cum res iratos sit habere grauisima Diuos,  
Omnibus hos horis conciliare stude.*

Per



**P**er aruarinis humida  
 Cum Vulpe, dum Greuincio  
 Non ambularet segniter,  
 Astutus inquit Reinike:  
 Cum nesciam profectio



Quid portet hac incommodi,  
 Num largiantur prosperam  
 Reuersionem numina,  
 Proinde vobis omnia  
 iam confitebor crimina:  
 Vt inter antiquissimas,  
 Recentiores sedulo  
 Offensiones colloces.  
 Non te latent fallacia,  
 Quas nuper Isengrimo,  
 Et usq; feci coniugi,  
 Tum quomodo fefellerim,  
 Regi q; mira finxerim,  
 Auroq; vano lusserim,

M 3

Ca.

Reinike i-  
 terum sibi  
 male con-  
 sciens sceler-  
 ra sua Gre-  
 uincio e-  
 narrare in-  
 cipit.

I.

Scelus di-  
 cit se in Lu-  
 pum eius-  
 que coniu-  
 gē deliquisse.

II.

Mendacis  
 Regi illu-



III. *Caputq; Lampi mortui*  
 Innocentē *Cum Bellino transmiserim.*  
 trucidauit *Et mortis in periculum*  
 Lampum. *Coniecerim grauisimum.*

III. *Vt in super Cuniculum*  
 Bellino *Acerbius compresserim.*  
 causa mor- *Ad vsq; vita spiritum,*  
 tis exstitit.

V. *Coruiq; nuper coniugem*  
 Cuniculū *In rure deprehenderim,*  
 ferme stran *Prensamq; deuorauerim.*  
 gulauerat. *Hac haftenus confecimus.*

VI. *Prioris à nouissimo*  
*Confessionis tempore.*  
*Malis relictis omnibus,*  
*Qua non recordor amplius.*  
*Sic nuper Isengrinum,*  
*Mecum profectum longius*  
 Corui vxor- *Adelegantes consitas*  
 rem deuo- *Spumantis vrbes Odera*  
 raut: *Miris fefelli fraudibus.*

VII. *Vt esurire cœperat,*  
 Adhuc aliā *Equa videbat filium*  
 fraudē Isen *In ruris arui millibus*  
 grinio se fe *Lasciuientem pascuis.*  
 cisse recen- *Abi refert equam roga:*  
 tet. *Quanti velut pinguisimum*  
*Hunc filium diuendere.*

Reinike o- *Accedo matrem prouinus*  
 mnium ma *Et diligenter sciscitor:*  
 lorum fa- *Num iuniorum vendere*  
 bricator. *Equum velit ferociens.*  
*Ipsam Lupus pecunia.*



*Quod cogitet persolvere,  
 Respondet illa si placet:  
 Afferto mox pecuniam.  
 Proscriptiones Singula  
 Quibus Velim diuenderes  
 Pedis sinistri continet.  
 Concede, si Vis, perlege.  
 Prasentens fallaciam,  
 Me litteras cognoscere  
 Humaniores peruego.  
 Et mox ad Isengrinum  
 Responsiones de fero  
 Ipsiq; dico singula.  
 Tunc ille, quid stultissime?  
 Non litteras cognoscerem,*

Reinike da  
 lura equa  
 animaduer  
 tit, raro e  
 nim a nuo-  
 sa capitur  
 a quo vul-  
 pes.  
 Arrogantia  
 Isengrini.



*Gracas, Latinas, Gallicas,  
 Germanicas, Hebraticas  
 Erphordia qui tempora  
 Tam multa cultor omnibus*



*In artibus contriuerim.*

*Hic operire Reimike*

*Quousq; scriptum per legam.*

*Abit, rogatq; faeminam,*

*Quanti Velut diuendere.*

*Pedis, sed illa, corneam*

*Attolle, dicit, Vngulam.*

*Hic scriptionem perlege.*

*Lupus propinquat ocynus,*

*Et os fame scens admouet:*

*Hinc litteras in Vngula*

*Proscriptionis quaritat.*

*Mox imp. titus icibus*

*Equa tribus grauisimis,*

*Humi cruentus sternitur.*

*Centactus esset fulmine.*

*Suaq; Vit & ne scius,*

*Inanis atq; sanguinis,*

*Horam tacebat integram.*

*Equam Videbam currere,*

*Fugaq; Vitam querere:*

*Et Vulneratus acriter,*

*Rigabat ora steribus:*

*Et eiulabat turpiter*

*Supinus Isengrinus.*

*Astutia Rei Accedo blandis in super*

*nikes qua Adulor illi Vocibus,*

*Isengrinio Virumq; dico nobilem:*

*fatis ama Tum quæro, num per soluerit,*

*rulente il Equumq; deuorauerit*

*ludit. Mibiq; portiunculam*

*Insidus abnegauerit,*



Num leniter dormiuerit,  
 Ciborefectus optimo.  
 Respondet Isengrinus:  
 Quid saucio lethaliter  
 Conuictaris Reinike?  
 Tam grandis infelicitas  
 Surdas moueret arbores,  
 Crudelis haec benefica  
 Pedis potenter & ngula  
 Improuidum crudeliter  
 Percussit, ut prosternerer,  
 Essemq; penè mortuus.

Sic noster Isengrinus  
 Ferè peremptus fraudibus  
 Meis fuisse innocens,  
 Nunc ergo prouidentior,  
 Vi am relinquam perditam:  
 Nec tale crimen horridum  
 Vnquam deinceps fecero,  
 M. iam q; consuetudinem  
 Hanc diligenter corrigam.

Responsio  
 Isengrinij  
 qua ad mi-  
 seratione  
 sui Reini-  
 kē induce-  
 re conatur.

Promittit  
 emendatio-  
 nē Reinike

HINC DISCENDVM.

Ut suo quisq; se pede meriti discat, nec de  
 gestis propriis impudenter gloriari audeat, ne  
 cum res factis testanda est, turpiter atq; igno-  
 minio e confundatur. Notatur hic etiam ar-  
 rogantia studiosorum, qui pretiosum & irre-  
 parabile omnino tempus in Academijs saepe  
 illustribus inutiliter deperdunt, parentesque  
 sumptibus exhauriunt infinitis, domumque  
 reuersi cum fructus, quos ex literis perceperunt.

I.  
 Arrogantia  
 studiosorum  
 ignauorum  
 hic nota-  
 tur.

M 5 de



depromendi sunt, ipsi scientia inflati, cristas erigunt, omniumq; rerum scientiam sibi arrogant. Verum ubi examinantur, imperiti rerum omnium, rudesq; ignariq; erubescunt, expallent, & titubant. Quibus sanè consulerem, si studiis ad immortalem nominis gloriam contendere nollent, operam tamen darent, ne quasi extremi scabie occuparentur, aut tempestiuè satis <sup>arrogantiam</sup> fastum istum ex animo

*Arrogantia* expuerent & proijcerent. Præterea autem de *vitio qua* arrogantia vitio nonnulla in medium pro-  
*le sit est. n.* ferre lubet. Si itaq; principium inuisibilis fa-  
*ditur.* pientia esse considerauerit homo non obli-  
*Principiū* uisci sui ipsius, & semper ante oculos habe-  
*omnis sapi* re originem suam: si cogitauerit se puluerem  
*entia est,* & umbram, aquam & cinerem iam inde à  
*nosse se* creationis suæ exordiis, per crimen arrogan-  
*metipsum* tia nunquam inflabitur: quæ est (vt inquit  
*Arrogantia* Salomon) abominatio Domini, & à qua fem-  
*omnis ha-* per hæreses omnes exorta sunt. Hæresis au-  
*sis princi-* tem nihil aliud, quam propria opinionis ele-  
*pium.* ctio, contra sanctam determinationem Ec-  
*Hæresis* clesie, quæ sanè absque arrogantia esse non  
*quid pro-* potest, Et hæreticus est diuisus, ac separatus  
*præ sit.* à fide catholica. Arrogantia modestiæ con-  
*Hæreticus* traria est, ex impudentia, vanam auctorita-  
*idem est* tem sibi comparat, superbiæ filia: hæc verò  
*quod sepa-* ambitiones comes, rapientis etiam homi-  
*ratus ab* nes ad honores, nec quicquam pensi habentis,  
*Ecclesia* qua sit eundem vel quò. Quocirca ne homi-  
*Catholica,* num inuidiam vel odium incuramus sum-  
mopere ea vitanda est, vel saltem, eam aliquo  
modo.



modo contraxerimus; castiganda: Vt Epami-  
 nundas fecit, qui solitus erat lauto corpore,  
 hilariq; vultu prodire in publicum. Quique  
 postridie eius diei, quo feliciter pugnatu fue-  
 rat in Leuctris, processit squalidus ac sum-  
 missus, amicis vero seiscitantibus, num sibi  
 molesti aliquid accidisset, nihil inquit, sed he-  
 ri sensi me plus a quo mihi placuisse, hodie  
 (adeo arrogantiam metuit) illius gaudij inso-  
 lentiam castigo. Haud quaquam ergo sapi-  
 entiam sibi aliquis arrogabit, quoniam solus  
 Deus sapiens est. Thales, cum Miletu inuen-  
 tam auream mensam iussisset Apollo sapien-  
 tissimo donari, ciuitasq; eidem dari decreuis-  
 set, magnitudinem huius laudis non agno-  
 scens, oraculi sententiam interpretatus est, A-  
 pollini mensam offerendam esse docens, quod  
 Deus hoc verborum inuolucro significasset,  
 neminem mortalium scilicet, sed solū Deum  
 ut diximus) sapientem esse. Ex quo fit vt ali-  
 quando riserint Ephesij Heracitum, qui iam  
 senium ingressus, se neminem audiuisse, sed a  
 seipso didicisse omnia & nihil denique igno-  
 rare affirmabat. Maiori laude dignus videtur  
 Socrates, qui frequentissimè dicebat, tamen si  
 oraculo Delphico sapientissimus quisset iu-  
 dicatus, se nihil scire, nisi hoc vnum, quod ni-  
 hil sciret. Pythagoras vt crimen hoc vitaret,  
 non sapiens, sed Philosophus, id est, sapientie  
 amator appellari voluit. Sapiens enim verè  
 seipso contentus est, extra se verò nihil ap-  
 petat, nihil querit aut eurat, similis mundo,

*Epaminon-  
 das arrogans  
 etiam inuito*

*Solus Deus  
 est sapiens*

*Ephesij He-  
 racitum  
 qui omnia se-  
 lus sibi mi-  
 tribueret,  
 deriserunt*

*Socrates  
 laudatur*

*Pythago-  
 ras non sa-  
 piens, sed  
 tantum a-  
 mator sa-  
 pientia dicitur*

*et voluit  
 Sapiensque  
 verè sibi*



qui vndique teres est, quiq; rotundus tantum  
 sibi constat. Moses vt arrogantiam vitaret, de  
 se loquens, quasi de alio loquitur. Hæc sunt,  
 inquit, verba quæ locutus est Moses. Sic  
 Iob, Vir erat in terra Hus, nomine Iob. Sic  
 Ioannes, hic est discipulus ille qui testimo-  
 nium perhibet de his. Nec arrogantia vitio  
 est ascribendum, quod aliquando Paulus se  
 habere S. S. professus sit, Augustinus verò se  
 parem prophetis esse dixerit, & istorum exem-  
 plo etiam se laudavit Imperator noster Iusti-  
 nianus, quia illud ipsum non inanis gloria  
 fuit, sed veritas & virtus loquentium longè  
 maxima & excellentissima. Sed infra de ar-  
 rogantia vitio plura dicemus.

## CAPVT VII.

## ARGVMENTVM.

*Mota per exemplum Vulpecula Regis & .i. uila  
 Se peccasse refert idq; licere putat.  
 Scilicet Empedocles a dentē frigidus Aeternam  
 Infiltrat stupida cur ego mente sequar?*

**T**unc Reiniken Greuinchius  
 Compellat hu sermonibus:  
*Amice quon nec charior,  
 Aut vilius est iucundior:  
 Vitæ tuæ nequissima  
 Commissa sunt grauisima,  
 Culpæ tamen te liberum  
 Ab omnibus pronuncio,  
 Sed nil periculosius,  
 Nihilq; pestilentius,*

*Quam*